

4. Marcōne Crasso putas utile fuisse — scire, sibi cum ignominia et dedecōre esse pereundum? (Cic. Div. 2, 9, 22).
5. Isocrātes videbat, oratores cum severitate audiri, poētas autem cum voluptate (Cic. Or. 52, 174).

Ablativus qualitatis

730 (§ 498)

1. Fuit quidam summo ingenio vir, Zeno, cujus inventorū aemūli Stoīci nominantur (Cic. Mur. 29, 61).
2. In hac insūlā extrema est fons aquae dulcis, cui nomen Arethūsā est incredibili magnitudine, plenissimus piscium (Cic. Verr. 4, 53, 118).
3. Interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre, avo, majoribus (Cic. Cat. 1, 2, 4).
4. Ti. Gracchus convellit statum civitatis, quā gravitate vir, quā eloquentiā, quā dignitate! Secutus est C. Gracchus, quo ingenio, quā eloquentiā, quantā vi, quantā gravitate dicendi! (Cic. Har. 19, 41).
5. Atque ibi ego aspicio formā eximiā muliērem, filius quam advexit meus matri ancillam suae. Quam ego postquam aspexi, non ita amo, ut sani solent homines, sed eodem pacto, ut insāni solent (Pl. Merc. 260).
6. Quam multā ex terra arboribusque gignuntur quum copiā facilitum suavitate praestandi (Cic. Tusc. 5, 43, 99).
7. Nolo existimes, me adiutorem huic venisse, sed auditorem, e quidem aequum, libero iudicio (Cic. N. D. 1, 7, 17).
8. Homines infimā fortunā, nullā spe rerum gerendarum opifices denique delectantur historiā (Cic. Fin. 5, 19, 52).
9. Vixit ad summam senectutem valetudine optimā (Cic. Hortens. fragm. 11 Klotz=p. 283).

731 (§ 498)

1. Incredibili sum sollicitudine de tua valetudine (Cic. Fam. 16, 15, 1).
2. Omnes et habentur et dicuntur tyranni, qui potestate sunt perpetuā in ea civitate, quae libertate usa est (Nep. 1, 8, 3).
3. Lapideo sunt corde multi, quos non misēret neminis (Ennius Diehl=p. 37).
4. Cervus erat formā praestanti et cornibus ingens (V. Aen. 7, 483).
5. Satyri pedibus erant caprinis et auribus acūtis (Dillenburger ad Hor. Od. 2, 19).
6. Si ferae partūs suos diligunt, quā nos in liberos nostros indulgentiā esse debemus? (Cic. De or. 2, 40, 168).
7. Non, qui firmo ac valenti corpore est, felix, sed ille, qui in corpore quamlibet infirmo perpetuam animi retinet firmitatem (Mureti Orat. 3=v. 2, p. 28).

8. Apes non sunt solitariā naturā, ut aquilae, sed ut homines (Varro R. R. 3, 16, 4).
9. Omnes, qui maximo animo excellentique ingenio sunt, gloriam ardentem expētunt, et illius causā non inviti res honestissimas atque difficillimas aggrediuntur (Osorius, De gloria 1, 4).
10. Bona valetudo jucundior est iis, qui e gravi morbo recreati sunt, quam qui nunquam aegro corpore fuerunt (Cic. Post red. ad Quir. 1, 1, 4).
11. Pythagōram ajunt e modūlo pedis, quantā corporis mole fuisset Hercūles, judicasse (Mureti Ep. 97=p. 146).
12. Quintum Scaevōlam augūrem, memoriā teneo, bello Marsico, quum esset summā senectute et perditā valetudine, cotidie, simul atque luceret, facere omnibus conveniendi potestatem sui (Cic. Phil. 8, 10, 31).

Родительный падеж Genetivus

GENETIVUS ПРИ СУЩЕСТВИТЕЛЬНЫХ

Genetivus possessivus

732 (§ 501)

- ① Irascentium flagrant oculi, multus ore rubor, labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent ac subriguntur capilli (Sen. Ira 1, 1, 4).
- ② Mortale est omne mortalium bonum (Sen. Ep. 98, 9).
- ③ Alia officia sunt juvenum, alia seniorum (Cic. Off. 1, 34, 122).
- ④ Adulatio perpetuum malum regum (Curt. 8, 5, 6).
- ⑤ Discipulus est prioris posterior dies (Syr. 143).
- ⑥ Omnium magnarum artium, sicut arborum, altitudo nos delectat, radices stirpesque non item (Cic. Or. 43, 147).
- ⑦ Cato dixit, litterarum radices amaras esse, fructus jucundiores (Fragm. orat. p. 89 Meier).
- ⑧ Multum magnorum virorum iudicio credo (Sen. Ep. 45, 4).
- ⑨ Graviore ac difficilliore animi morbi sunt, quam corporis (Incerti auctoris Consolatio 43, 150=413 Klotz).
- ⑩ Humanitatis dulcedo etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat (Val. Max. 5, 1, ext. 6). *Minuti*
- ⑪ *Semper, et infirmi est animi exiguae voluptas Ultio* (Juv. 13, 189).
- ⑫ Morum similitudo mutuum amorem conciliat (Acolastus, 104).
- ⑬ Veritatis simplex oratio est (Sen. Ep. 49, 12).
- ⑭ Stuporem hominis, vel dicam pecudis, attendite (Cic. Phil. 2, 12, 30).
- ⑮ Consuetudinis magna vis est (Cic. Tusc. 2, 17, 40).

16. Sermo animi imāgo est (Syri appendix 156).
17. *Stulte, quid est somnus, gelidae nisi mortis imago?* (Ov. Am. 2, 9, 41).
18. Bonae mentis soror est paupertas (Petron. 84).
19. Ubi sunt superbae Carthaginis alta moenia? (Val. Max. 5, 6, ext. 4).
20. Ea quoque, quae vulgo recepta sunt, hoc ipso, quod incertum auctorem habent, velut omnium fiunt: quale est: «ubi amici, ibi opes» (Quint. 5, 11, 41).
21. Bello Gallico, praeter Capitolium atque arcem, omnia hostium erant (Liv. 6, 40, 77).
22. Hannibal, quod inter Alpes Appenninumque agri est, suae ditionis fecit (Liv. 21, 53, 5).

Genetivus characteristicus

733 (§ 502)

1. Sapientis est opinionem a perspicuitate sejungere (Cic. Acad. 2, 14, 45).
2. *Non est, crede mihi, sapientis dicere: «vivam»; Serā nimis vitā est crastinā: vive hodiē* (Mart. 1, 15, 11).
3. Pauperis est numerare pecus (Sen. Ep. 33, 4).
4. Ut petulantia, ut libido magis est adulescentium, quam senum, nec tamen omnium adulescentium, sed non proborum, sic ista senilis stultitia, quae deliratio appellari solet, senum levium est, non omnium (Cic. Sen. 11, 36).
5. Iudicis est semper in causis verum sequi (Cic. Off. 2, 14, 51).
6. Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere (Suet. Tib. 32).
7. Nonne matronae est administrare rem domesticam, erudire liberos? (Erasm. 1, 271).
8. Duci majorum rerum contemplatione ad cupiditatem scientiae summorum virorum esse putandum (Cic. Fin. 5, 18, 49).
9. Non minus est imperatoris consilio superare, quam gladio (Caes. B. C. 1, 72, 2).
10. Inter omnes hoc constat, nec doctos homines solum, sed etiam indoctos, virorum esse fortium et magnanimatorum et patientium et humanā vicentium — toleranter dolorem pati (Cic. Tusc. 2, 18, 43).
11. Sicut in vita nunquam errare felicis est, ita errorem quam primum emendare — sapientis (Calpurn. Flacc. Decl. 18=p. 556 Lemaire).
12. In tranquillo tempestatem adversam optare dementis est (Cic. Off. 1, 24, 83).
13. Inter hostes discordiarum serere causas — sapientis est ducis (Veget. 3, 10).
14. Periti medici est — non protinus, ut venit, apprehendere manu brachium, sed primum residere hilarē vultu, percontarique, quemadmodum se habeat, et, si quis ejus metus est, eum probabili sermone

lenire; tum deinde ejus corpori manum admovere (Cels. 3, 6=p. 86, 3).

15. Est miserorum, ut malevolentes sint atque invideant bonis (Pl. Capt. 583).
16. Neglegere, quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti (Cic. Off. 1, 28, 99).

734 (§ 502)

1. Non sentire mala sua — non est hominis, et non ferre — non est viri (Sen. Polyb. 17, 2).
2. Est boni viri non solum ab aliquo prolatae criminationes repellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum (Cic. Lael. 18, 65).
3. Est boni consulis non solum videre, quid agatur, verum etiam providere, quid futurum sit (Cic. Mur. 2, 4).
4. Modum imponere secundis rebus nec nimis credere serenitati praesentis fortunae prudentis hominis et merito felicis est (Liv. 42, 62, 4).
5. Populi grati est praemiis afficere bene meritos de republica cives (Cic. Mil. 30, 82).
6. Tardi ingenii est rivulos consecrari, fontes rerum non videre (Cic. De or. 2, 27, 117).
7. Magni animi est injurias despiciere (Sen. Ira 2, 32, 3).
8. Temeritas est florentis aetatis, prudentia — senescentis (Cic. Sen. 6, 20).
9. Erit humanitatis vestrae magnum numerum civium calamitate prohibere, sapientiae — videre, multorum civium calamitatem a republica sejunctam esse non posse (Cic. Pomp. 7, 18).
10. Levitatis est nanem aucupari rumorem (Cic. Pis. 24, 57).
11. Fuit moris antiqui eos, qui vel singulorum laudes vel urbium scripserant, aut honoribus aut pecunia ornare (Plin. Ep. 3, 21, 3).
12. Veterum Romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit (Quint. 1, 10, 20).
13. Moris erat, inter cenam per lectorem carmina ad oblectationem convivarum recitari et de iis varias disputationes haberi (O. Jahn in commentario ad Pers. Sat. 1, 30).
14. Est hoc Gallicae consuetudinis, ut et viatores etiam invitos consistere cogant et, quid quisque eorum de quaque re audierit aut cognoverit, quaerant, et mercatores in oppidis vulgus circumstet, quibusque ex regionibus veniant quasque ibi res cognoverint, pronuntiare cogant (Caes. B. G. 4, 5, 2).
15. *Non nostrum inter vos tantas componere lites* (V. Ecl. 3, 108).
16. Tantis in periculis est tuum, M. Cato, videre, quid agatur (Cic. Mur. 38, 83).

AMOR MATRIS -
MATER AMAT

Genetivus subjectivus

735 (§ 504)

1. Egestatem non absentiam pecuniae, sed praesentiam immoderatarum cupidinum gignit (Apul. Philos. mor. p. 168. edit. Nisardi).
2. Non liberat diadema capitis dolore (B. 2185).
3. Neque enim expletur unquam nec satiatur cupiditatis sitis (Cic. Parad. 1, 1, 6).
4. Solis defectiones itemque lunae praedicuntur in multos annos (Cic. N. D. 2, 6, 17).
5. Gravis ira regum est semper (Sen. Med. 494).
6. Senectus est occasus vitae (Cic. Top. 7, 32).
7. *Heredis fletus sub persona risus est* (Syr. 250).
8. Vitae brevis est cursus, gloriae — sempiternus (Cic. Sest. 21, 47).
9. Mulcet aures avium cantus (Mureti or. 8=v. 2, p. 65).
10. Necessitatis inventa sunt antiquiora, quam voluptatis (Cic. Or. 55, 185).
11. *Gravissimum est imperium consuetudinis* (Syr. 230).
12. Incredibile est omnium civium odium in Antonium (Cic. Fam. 10, 5, 3).
13. Quo se fortuna, eodem etiam favor hominum inclinatur (Justin. 5, 1, 11).
14. Jurgantium ira perveniebat etiam ad manus (Curt. 9, 9, 17).
15. Victorum cupiditates nullam unquam civilis victoria satiavit (Tac. Hist. 4, 38).
16. Omni in re consensio omnium gentium lex naturae putanda est (Cic. Tusc. 1, 13, 30).
17. Non praedonum adventum significabat ignis, e specula sublatus aut tumulo (Cic. Verr. 5, 35, 93).
19. Ulixes domi etiam contumelias servorum ancillarumque pertulit (Cic. Off. 1, 31, 113).

AMOR MATRIS -
MATER AMATUR

Genetivus objectivus

736 (§ 505)

1. Omnis ars naturae imitatio est (Sen. Ep. 65, 3).
2. Medicus nihil aliud est, quam animi consolatio (Petron. 42).
3. Causarum cognitio cognitionem eventorum facit (Cic. Top. 18, 67).
4. Omnes trahimur et ducimur ad cognitionis et scientiae cupiditatem (Cic. Off. 1, 6, 18).
5. Cogitationis poenam nemo patitur (Digesta 48, 19, 18).
6. Comoediam esse, Cicero ait, imitationem vitae, speculum consuetudinis, imaginem veritatis (Donatus, De comoedia et tragoedia in Ciceronis editione Orellii, v. 4, p. 838).
7. Levat lassitudinem etiam laboris mutatio (Cels. 1, 3=p.17,13),

8. Vicia nostra regionum mutatione non fugimus (Ennodius ap. Otto 98).
9. Humanus animus varietate capitur, omniumque prope rerum, ut ait Euripides, jucunda mutatio est (Mureti or. 10=v. 2, p. 86).
10. Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur (Cic. Arch. 10, 24).
11. Alcidas quidam, rhetor antiquus, scripsit etiam laudationem mortis, quae constat ex enumeratione humanorum malorum (Cic. Tusc. 1, 48, 116).
12. Aesculapius primus purgationem alvi dentisque evulsionem, ut ferunt, invenit (Cic. N. D. 3, 22, 57).
13. Mercurium Galli omnium inventorem artium ferunt, viarum atque itinerum ducem (Caes. B. G. 6, 17).
14. Nullum magnum ingenium sine mixtura dementiae fuit (Sen. Tranq. 17, 10).
15. Auricularum magnitudo loquacitatis et stultitiae nota est (Plin. N. H. 11, 52 (114), 276).

737 (§ 505)

1. Consuetudo laborum perpersionem dolorum efficit faciliorem (Cic. Tusc. 2, 15, 35).
2. Nemo non benignus est sui iudex (Sen. Benef. 2, 26, 1).
3. Doloris medicinam a philosophia peto (Cic. Acad. 1, 3, 11).
4. Ut Helena Trojanis, sic iste (=Antonius) huic reipublicae causa pestis atque exitii fuit (Cic. Phil. 2, 22, 55).
5. *Dulcis amor patriae, dulce videre suos* (Riley 92).
6. Turpis fuga mortis omni est morte peior (Cic. Phil. 8, 10, 29).
7. Insitus es menti cognitionis amor (Cic. Fin. 4, 7, 18).
8. Gloria est illustris ac pervagata multorum et magnorum vel in patriam, vel in omne genus hominum, fama meritorum (Cic. Marc. 8, 26).
9. Est autem gloria laus recte factorum magnorumque in rempublicam, fama meritorum, quae quum optimi cujusque, tum etiam multitudinis testimonio comprobatur (Cic. Phil. 1, 12, 29).
10. Est rerum omnium magister usus (Caes. B. C. 2, 8, 3).
11. Nihil tam irridet Epicurus, quam praedictionem rerum futurarum (Cic. N. D. 2, 65, 162).
12. Etiam sapientibus cupido gloriae novissima exiit (Tac. Hist. 4, 6).
13. Omnes libentius reprehensionem aliorum, quam laudes excipiunt (Facciolati, Orat. p. 471).
14. Dies non modo non levat luctum hunc, sed etiam auget. Nam ceteri dolores mitigantur vetustate; hic non potest non et sensu praesentis miseriae, et recordatione praeteritae vitae cotidie augeri (Cic. Att. 3, 15, 2).
15. Jam illa cupiditas honoris quam dura est domina! (Cic. Parad. 5, 3, 40).
16. Non modo vituperatio nulla, sed etiam summa laus senectutis

est. quod eā voluptates nullas magnopere desiderat (Cic. Sen. 13, 44).

17. Aut bellum inter eos populos (=Romanos et Carthaginienses), aut belli praeparatio, aut infidā pax fuit (Vell. 1, 12, 6).
18. Scelerum promissio et iis, qui exspectant, perniciosā est, et ii, qui promittunt (Cic. Phil. 8, 3, 10).
19. Qua ratione carnem ad diuturnitatem usū admixtio salis servat? (Macrob. 7, 12, 2).

738 (§ 505)

1. Injuriarum remedium oblivio est (Syr. 281).
2. Saepe morā remedium est mali (Bind. 2995).
3. Ego tibi illud praecipio, quod non tantum hujus morbi, sed totius vitae remedium est: contemne mortem: nihil triste est, quum hujus metum effūgimus. Tria haec in omni morbo gravia sunt: metus mortis, dolor corporis, intermissio voluptatum (Sen. Ep. 78, 5).
4. *Pejor est bello timor ipse belli* (Sen. Thy. 57).
5. Nunquam ex animo meo discēdit illius optimi atque invictissimi viri (=P. Cornelii Scipiōnis) memoria (Cic. Rep. 6, 9).
6. Memoriam illius viri (=Scipionis) omnes excipient anni consequentes (Cic. Sen. 6, 19).
7. Valet apud nos clarorum hominum et bene de republica meritorum memoriā etiam mortuorum (Cic. Sest. 9, 21).
8. Graecum hunc versum nostis omnes: *Suavis laborum est praeteritorum memoriā* (Cic. Fin. 2, 32, 105).
9. *Et calamitas virtutis est occasio* (Syrus in Nisardi editione p. 775).
10. *Accipe quam primum: brevis est occasio lucri* (Mart. 8, 9, 3).
11. Vinum aegrōtis, quia prodest raro, nocet saepissime, melius est non adhibere omnino, quam spe dubiae salutis in apertam perniciem incurrere (Cic. N. D. 3, 27, 69).
12. Amulius fratris filiae, Reae Silviae, per speciem honoris, quum Vestālem eam legisset, perpetuā virginitate spem partūs adimit (Liv. 1, 3, 11).
13. Fateor, insitam esse nobis corporis nostri caritatem (Sen. Ep. 14, 1).
14. Vivorum ut magna admiratio, ita censurā difficilis est (Vell. 2, 36, 3).
15. Epicūrus, deos nihil agere, nihil curare, confirmat, membrisque humanis esse praeditos, sed eorum membrorum usum nullum habere (Cic. N. D. 3, 1, 3).
16. Totā Italiā desiderio libertatis exarsit (Cic. Phil. 10, 9, 19).
17. Quam non est facilis virtus! quam vero difficilis ejus diuturnā simulatio! (Cic. Att. 7, 1, 6).

739 (§ 505)

1. (Apud Gallos) viri in uxores, sicuti in liberos, vitae necisque habent potestatem (Caes. B. G. 6, 19, 3).
2. Apud omnes gentes animadvertere possumus, dominis in servos vitae necisque potestatem esse (Gai Inst. 1, 52).
3. Perfugium videtur omnium laborum et sollicitudinum esse somnus (Cic. Div. 2, 72, 150).
4. *Gratiā, Musa, tibi. Nam tu solācia praebes, Tu curae requies, tu medicina venis* (Ov. Tr. 4, 10, 117).
5. Caesar intellēgit, mortem ab dis immortalibus non esse supplicii causā constitutam, sed aut necessitatem naturae, aut laborum ac miseriarum quietem esse (Cic. Cat. 4, 4, 7).
6. Interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre, avo, majoribus (Cic. Cat. 1, 2, 4).
7. Ultus est hujus victoriae crudelitatem postea Sullā: ne dici quidem opus est, quantā diminutione civium et quantā calamitate reipublicae (Cic. Cat. 3, 10, 24).
8. Omnia sunt faciliora quam peccati dolor, qui et maximus est et aeternus (Cic. Att. 11, 15, 2).
9. Studia vel optimarum rerum sedata tamen et tranquilla esse debent (Cic. Tusc. 4, 25, 55).
10. Haec gens summam habet justitiae et bellicae laudis opinionem (Caes. B. G. 6, 24, 3).
11. Unā spes est salutis — istorum inter ipsos dissensio (Cic. Att. 2, 7, 3).
12. Jucundiores faciet libertatem servitutis recordatio (Cic. Phil. 3, 14, 36).
13. Impensā monumenti supervacuā est: memoriā nostri durabit, si vitā meruimus (Plin. Ep. 9, 19, 6).

Genetivus partitivus

740 (§ 507a)

1. Urbem Syracūsas maximam esse Graecarum urbium pulcherrimamque, saepe audistis. Est, judices, ita, ut dicitur (Cic. Verr. 4, 52, 117).
2. Galli gallinacei terrori sunt etiam leonibus, ferarum generosissimis (Plin. N. H. 10, 47).
3. *Amicum perdere est damnorum maximum* (Syr. in ed. Nisardi, p. 766).
4. Cum omnium bellicosissimis bellum gessi, multa castella cepi, multa vastavi (Cic. Fam. 11, 4, 2).
5. *Lex mortis — legum lex est certissimā* (Bell. p. 69).
6. *Mors — incertarum rerum certissimā* (Bell. p. 76).
7. Hierosolymā — longe clarissimā urbium orientis, non Judaeae modo (Plin. N. H. 5, 14, 70).

8. Omnium non bipēdum solum, sed etiam quadrupēdum impuris-
simus (Cic. Dom. 18, 48).
9. Praestantissimā omnium feminarum — uxor tuā (Cic. Fam.
5, 8, 2).
10. Pax — optimā rerum,
Quas homini novisse datum est, pax unā triumphis
Innumēris potior (Sil. It. 11, 592).
11. Ti. Sempronius Gracchus — longe tum acerrimus juvēnum (Liv.
37, 7, 11).
12. Optimi mortalium altissimā cupiunt (Tac. Ann. 4, 38).
13. Nilus — annium, in Nostrum mare permeantium, maximus
(Mela 1, 9, 49).
14. Omnium rerum est mors extremum (Cic. Fam. 6, 21, 1).
15. Malorum ultimum est maiā suā amare (Sen. Ep. 39, 6).
16. Jugurthā — homo omnium, quos terrā sustinet, sceleratissimus
(Sall. Jug. 14, 2).
17. Quis plūrimum hābet? Is, qui omnium minimum cupit (Syri ap-
pendix 69).
18. Non es, crede mihi, bonus. Quid ergo?
Ut verum loquar, optimus malorum (Mart. 12, 36, 6).
19. Ventorum frigidissimi sunt, quos a septentrione diximus spirare
(Plin. N. H. 2, 48, 126).
20. Defensor patriae, juvenum fortissimus Hector,
Qui murus miseris civibus alter erat.
Occubuit, telo violenti victus Achillis;
Occubere simul spesque salusque Phrygum (Poëtae lat. min. v.
4, 147).
21. Curae fuit consulibus et senioribus patrum, ut imperium mansuēto
permitteretur ingenio (Liv. 2, 30, 4).
22. Crudelissimus omnium tyrannorum Phalāris taurum habuisse di-
citur, quo vivos supplicii causā demittere homines et subicere
flammam solebat (Cic. Verr. 4, 33, 73).

741 (§ 507b)

1. Imperium summum Romae habebit, qui vestrum primus, o juve-
nes, osculum matri tulerit (Liv. 1, 56, 10).
2. Primus cunctorum est et Juppiter ultimus idem.
Juppiter et cāput et medium est, sunt ex Jove cunctā (Apul. De
mundo, p. 202 Nisard).
3. Drusus Oceānum septentrionālem primus Romanorum ducum
navigavit (Suet. Claud. 1).
4. Pax est tranquillā libertas, servitus — postremum malorum omni-
um (Cic. Phil. 2, 44, 113).
5. Augustus primus omnium tigrim Romanis ostendit in cavea man-
suefactam (Plin. N. H. 8, 25, 65).
6. C. Duillius consul adversus classem Poenorum prospere pugnavit,

primusque omnium Romanorum ducum navālis victoriae duxit
triumphum. Ob quam causam ei perpetuus quoque honos habitus
est, ut revertenti a cena, tibicine canente, funale praeferreretur
(Periocha 1, 17 Livii).

742 (§ 507c)

1. Quis vestrum hoc ignōrat? (Cic. Agr. 2, 16, 41).
2. Quis vestrum illum, quem ille vestrum non odērit? (Cic. Phil.
7, 8, 21).
3. Nemo nostrum non peccat: homines sumus, non dei (Petron. 75).
4. Quem nostrum ille moriens apud Mantinēam Epaminondas non
cum quadam miseratione delectat? (Cic. Fam. 5, 12, 5).
5. Nemo mortalium omnibus horis sapit (Plan. N. H. 7, 40, 131).
6. Neque cuiquam mortalium injuriae suae parvae videntur (Sall.
Cat. 51, 11).
7. Mirā animalium pro se cuique sollertiā est (Plin. N. H. 8, 12, 33).
8. Quid est sanctius, quam domus unius cujusque civium? (Cic.
Dom. 41, 109).
9. Nihil eorum, quae recte praecipuntur a quovis homine, contem-
nere debet adolescens (Majoragii oratio de parentum officio = Baum-
stark, p. 246).
10. Etēnim ille, cujus huc jussu venio, Juppiter, non minus, quam
vestrum quivis, formidat malum (Pl. Amph. 26).
11. Nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit juvenis. Nemo
nostrum est idem mane, qui fuit pridie (Sen. Ep. 58, 22).
12. Si volumus aequi rerum omnium iudices esse, hoc primum nobis
persuadeamus, neminem nostrum esse sine culpa (Sen. Ira 2, 28, 1).
13. Excellentissimi reges Persarum fuerunt Cyrus et Darius, Hystaspi
filius; quorum uterque privātus virtute regnum est adeptus. Prior
horum apud Massagētas in proelio cecidit (Nep. 21, 1, 2).

743 (§ 507a)

1. Nihil est virtute amabilius; quam qui adeptus erit, ubicunque
erit gentium, a nobis diligētur (Cic. N. D. 1, 44, 121).
2. Neque peior alter usquam est gentium, quam erus meus est
(Pl. Poen. 825).

744 (§ 507a)

1. Alii vestrum ansēres sunt, qui tantummodo clamant, nocēre non
possunt, alii canes, qui et latrare et mordēre possunt (Cic. Amer.
20, 57).
2. Vino debemus homines, quod soli animalium non sitientes bibi-
mus (Plin. 23, 23, 42).
3. Soli omnium otiosi sunt, qui sapientiae vacant, soli vivunt (Sen.
Brev. 14, 1).

4. Omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agri culturā melius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius (Cic. Off. 1, 42, 151).
5. *Linquendā tellus et domus et placens
Uxor, neque harum, quas colis, arborum
Te, praeter invisas cupressos,
Ullā brevem dominum sequetur* (Hor. Od. 2, 14, 21).
6. Totius injustitiae nullā capitalior, quam eorum, qui tum quum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur (Cic. Off. 1, 13, 41).
7. Simiarum genēra perfectam hominis imitationem continent, — facie, naribus, auribus, palpēbris, quas solae quadrupēdum habent (Plin. N. H. 11, c. 44 (100), 246).

Выражения с предлогами, однозначные по смыслу
с genetivus partitivus

745

1. Ex fulminibus quaedam sunt, quae significant id, quod ad nos pertinet, quaedam autem nihil significant aut it, cujus intellectus ad nos non pertinet. Ex his, quae significant, quaedam sunt laetā, quaedam adversā, quaedam nec adversā nec laetā. Adversorum hae sunt species: aut inevitabilia mala portendunt, aut evitabilia, aut quae minui possunt, aut quae prorogari (Sen. Nat. quaest. 2, 50, 1—2).
2. *Vix duo tresve mihi de tot sūperestis, amici* (Ov. Tr. 1, 5, 33).
3. Thales sapientissimus in septem fuit (Cic. Leg. 2, 11, 26).
4. Nemo de nobis unus excellat! (Cic. Tusc. 5, 36, 105).
5. Morbos Graeci in duas species diviserunt, aliosque ex his acūtos, alios longos esse dixerunt (Cels. 3, 1=p. 74, 4).
6. *Quid te exemplā levat sp̄nis de pluribus unā?* (Hor. Ep. 2, 2, 212).
7. Sullā primus e patriciis Corneliis igni voluit cremari (Cic. Leg. 2, 22, 57).
8. Meliorem ex ducibus inutilem vūnus fecit (Liv. 21, 53, 9).
9. Nec mirum est, inter plurima maximaque vitia nullum esse frequentius, quam ingrāti animi (Sen. Benef. 1, 1, 2).
10. Praebete mihi ex istis virginibus formosissimas (Cic. Inv. 2, 1, 2)

Genetivus generis

746 (§ 507a)

1. Magnā pars simultatum inter homines nascitur ex linguae intemperantia (Erasm. 1, 244).
2. *Et partem veri fabulā semper habet* (B. 2158).
- ③ Nostri partem navium deprīmunt, nonnullas cum hominibus capiunt (Caes. B. C. 1, 53, 4).

4. Versantur in animo meo multae et graves cogitationes, quae mihi nullam partem neque diurnae neque nocturnae quiētis impertiunt. (Cic. Agr. 2, 2, 5).
- ⑤ Cotidie morimur: cotidie enim demitur aliquā pars vitae, et tunc quoque, quum crescimus, vitā decrescit (Sen. Ep. 24, 20).
6. *Nescire quaedam magnā pars sapientiae est* (H. Grotius=Hb. 157).
- ⑦ Raro quisquam non aliquam partem corporis imbecillam habet (Cels. 1, 3=p. 18, 4).
8. *Gemmis auroque teguntur
Omnia; pars minimā est ipsā puellā sui* (Ov. Rem. 343).
9. *Non omnis moriar, multāque pars mēi
Vitabit Libitnam* (Hor. Od. 3, 30, 6).
10. Distringit librorum multitudo (Sen. Ep. 2, 3).
- ⑪ In Britannia hominum est infinitā multitudo, pecōrum magnus numerus (Caes. B. G. 5, 12, 3).
- ⑫ Morborum infinita est multitudo (Plin. N. H. 7, 51, 172).
- ⑬ Magnum numerum hostium occidimus (Cic. Att. 5, 20, 3).
- ⑭ Ut vidi Paulum, equidem vim lacrimarum profūdi (Cic. Rep. 6, 14).

747 (§ 507a)

1. Cerno animo miseros atque insepultos acervos civium (Cic. Cat. 4, 6, 11).
- ② *Aprum turbā canum circumsōnā terret* (Ov. Met. 4, 722).
3. Ut in grege pastor oves minus idoneas removēre solet, sic saepe unus puer petūlans atque impūrus inquīnat gregem puerorum (Varro apud Nonium, p. 247 Lindsay).
- ④ *Scriptorum chorus omnis amat nemus et fūgit urbem* (Hor. Ep. 2, 2, 77).
5. In hac insūla extremā est fons aquae dulcis, cui nomen Arethūsā est (Cic. Verr. 4, 53, 118).
- ⑥ Guttam haud habeo sanguinis (Pl. Most. 508).
7. Intērit in magnitudine maris Aegaei stillā mellis (Cic. Fin. 3, 14, 45).
- ⑧ Saepe lapīdum, sanguinis nonnunquam, terrae interdum, quondam etiam lactis imber defluxit (Cic. Div. 1, 43, 98).
- ⑨ Argenti montes habet Aetnā mons non aequē altos (Pl. Mil. 1065).
- ⑩ Modo non montes auri pollicetur (Ter. Ph. 68).
- ⑪ *Me miserum, quanti montes voluntur aquarum!* (Ov. Tr. 1, 2, 19).
- ⑫ *Nullā venustas,
Nulla in tam magno est corpore micā salis* (Catull. 86, 3).

1. Habet multum jucunditatis soli caelique mutatio (Plin. Ep. 3, 19, 4).
2. Habet apud malos quoque multum auctoritatis virtus (Quint. Decl. 253=p. 41 Lemaire).
3. Philosophiae multum adolenscens temporis tribui (Cic. Off. 2, 1, 4).
4. Ergo, inquit Epicūrus, dolor diuturnus habet laetitiae plus quam molestiae (Cic. Tusc. 2, 19, 44).
5. Plus in ipsa injuria detrimenti est, quam in iis rebus emolumentis, quae pariuntur injuriā (Cic. Fin. 1, 16, 53).
6. Neque habet plus sapientiae, quam lapis (Pl. Mil. 236).
7. In infamia plus poenae ducimus, quam in morte (Quint. 6, 2, 23).
8. Nemo non aliquod nobis vitium aut commendat aut imprimit; utique, quo major est populus, cui miscemur, hoc periculi plus est (Sen. Ep. 7, 2).
9. Errat, si quis existimat, facilem rem esse donare: plurimum istā res habet difficultatis, si modo consilio tribuitur, non casu et impetu spargitur (Sen. Vita 24, 1).
10. Minus intervalli a beato ad beatissimum restat, quam a misero ad beatum (Sen. Ep. 92, 15).
11. Neque enim minus laudis est aliquando bene fugere, quam fortiter pugnare (Erasm. 1, 44).
12. Minus mortem timet, qui minus deliciarum novit in vita (Veget. 1, 3).
13. Tantum vini nemo habet, quantum fudit sanguinis (Script. sex hist. Aug. = Vopisc. Aurelianus 6, 5).
14. Quid mihi opus est vitā, qui tantum auri perdidit! (Pl. Aul. 4, 9, 11=723).
15. M. Antoninus philosophus tantum operis et laboris studiis impendit, ut corpus afficeret (Jul. Capitolinus in vita M. Antonini 3, 7).
16. M. Antoninus philosophus tantum honoris magistris suis detulit, ut imagines eorum aureas in larario haberet ac sepulchra eorum aditu, hostiis, floribus semper honoraret (Jul. Capitolinus in vita M. Antonini 3, 5).
17. A sole ad stellam Martis tantundem intervalli est, quantum a terra ad lunam (Censorin. 13, 4).

1. Quid consilii datis? (Cic. Acad. 2, 45, 138).
2. In rebus iniquissimis quid potest esse aequi? (Cic. Phil. 2, 30, 76).
3. Quid tibi negotii est mecum? (Pl. Cas. 96).
4. Quis nescit, primam esse historiae legem, ne quid falsi dicere audeat? Deinde, — ne quid veri non audeat? (Cic. De or. 2, 15, 62).

5. Videant consules, ne quid respublica detrimenti capiat (Caes. B. C. 1, 5, 3).
6. Vulgare Graeciae dictum, semper aliquid novi Africam afferre (Plin. N. H. 8, 42).
7. Cui homini di propitii sunt, aliquid obiciunt lucri (Pl. Persa 470).
8. Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus: Aliquid mali esse propter vicinum malum (Pl. Merc. 771).
9. *Sol nihil in mundo videt omni parte beatum: Semper enim quiddam gaudia fellis habent* (Bell. 149.)
10. Homo nihil a se alienum debet credere, quidquid humani est (Ambrosius=Otto p. 166).
11. Omnis elegans doctrina, omnis cognitio, digna hominis ingenui studio, uno verbo, quidquid usquam est politorum disciplinarum, nullis aliis, quam Graecorum libris ac litteris continetur (Mureti or. 4=v. 2 p. 31).
12. Nemo Gallorum sine cive Romano quidquam negotii gerit (Cic. Font. 11).
13. In hoc legato vestro nec hominis quicquam est, patres conscripti, praeter figuram et speciem, neque Romani civis, praeter habitum vestitumque et sonum Latinae linguae; pestis ac belua immānis, quales fretum quondam, quo ab Sicilia dividimur, ad perniciem navigantium circumsecessisse, fabulae ferunt (Liv. 29, 17, 11).
14. Ut nihil boni est in morte, sic certe nihil mali (Cic. Lael. 4, 14).
15. Homo sum: humani nil a me alienum puto (Ter. Heaut. 77).
16. A mortuis nihil est periculi (Erasm. 2, 103).
17. In Britannia nihil esse, audio, neque auri neque argenti (Cic. Fam. 7, 7, 1).
18. Has tantas viri (=Hannibalis) virtutes ingentia vitia aequabant: inhumanā crudelitas, perfidiā plus, quam Punicā, nihil veri, nihil sancti, nullus deorum metus, nullum jusjurandum, nullā religio (Liv. 21, 4, 9).
19. Post mortem in morte nihil est mali (Pl. Capt. 3, 5, 83=741).
20. Nihil in vita vidit calamitatis Cluentius (Cic. Cluent. 6, 18).
21. Tibi idem consilii do, quod mihimet ipsi (Cic. Fam. 9, 2, 2).
22. Ad omnia alia aetate sapimus rectius; solum unum hoc vitii senectus affert hominibus: attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est (Ter. Ad. 5, 3, 46=833).

Прилагательное среднего рода, согласованное в падеже с местоимением среднего рода (вместо genetivus generis)

1. Mihi videtur acerbā semper et immaturā mors eorum, qui immortale aliquid parant (Plin. Ep. 5, 5, 4).
2. Ut adolescentem, in quo est senile aliquid, sic senem, in quo est aliquid adolescentis, probo (Cic. Sen. 11, 38).

751 (§ 507c)

1. Jam antea expertus sum, parum fidei miseris esse (Sall. Jug. 24, 4).
2. Nonne, si locuturus es cum aliquo quamlibet docto, uno tamen, minus commovēris, quam si cum multis vel indoctis? Opinor, quia in numero ipso est quoddam magnum collatumque consilium, quibusque singulis iudicii parum, omnibus plurimum (Plin. Ep. 7, 17, 8—10).
3. Satis honorum, satis superque vitae erat (Liv. 3, 67, 3).

Genetivus qualitatis

752 (§§ 509, 498)

- ①. Habitari, ait Xenophānes, in luna, eamque esse terram multarum urbium et montium (Cic. Acad. 2, 39, 123).
- ②. Multorum mensium labor hostium perfidiā et vi tempestatis puncto temporis interiit (Caes. B. C. 2, 14, 4).
3. Erat inter bina castra campus circiter milium passuum sex (Caes. B. C. 3, 37, 2).
4. Salve, vir divine, in caelo litterario primae magnitudinis splendidissimum sidus, aquilā inter eruditos! (Klotz, Ridicula litteraria, p. 23).
- ⑤. Beluā multorum capitum (Riley 36).
6. Res magni discriminis consiliis est nullā tam inimicā, quam celeritas (Liv. 31, 32, 2).
7. Sincerae fidei amici praecipue in adversis rebus cognoscuntur (Val. Max. 4, 7).
8. Agrum in his regionibus meliorem neque pretii majoris nemo habet (Ter. Heaut. 63).
- ⑨. Neminem excelsi ingenii virum humilia delectant et sordidā (Sen. Ep. 39, 2).
- ⑩. Ebrietas hilarem unius horae insaniam longi temporis taedio saepius pensat (Sen. Ep. 59, 15).
- ⑪. In eadem regione quantā varietas vestium, etiam in ejusdem sexūs, aetatis, ordinis hominibus! (Erasm. 1, 268).
- ⑫. Quibusnam manibus aut quibus viribus homines tantulae staturae tanti oneris turrim in muros sese collocare posse confidunt? (Caes. B. G. 2, 30, 4).
- ⑬. Tunc, trium litterarum homo, me vituperas? (fur) Pl. Aul. 325).
- ⑭. Hercyniae silvae latitudo novem dierum iter patet (Caes. B. G. 6, 26, 1).
15. Murus spatium triginta et duorum pedum in latitudinem amplectitur (Curt. 5, 1, 25).
- ⑯. Tabernae omnes cum magni pretii mercibus conflagraverunt (Liv. 35, 40, 8).
- ⑰. Homērus centum boum arma aureā permutasse Glaucum dicit cum Diomēdis armis novem boum (Plin. N. H. 33, 1, 7).

18. Trimalchio Scylācem jussit adduci praesidium domus familiaeque. Nec morā, ingentis formae adductus est canis (Petron. 64, 7).
- ⑱. Grave vulnus Macrinus noster accepit. Amisit uxorem singularis exempli. Vixit cum hac triginta novem annis sine jurgio, sine offensa (Plin. Ep. 8, 5, 1).
20. Advenit maximi discriminis dies, quo Caesar Antoniusque, productis classibus, pro salute alter, in ruīnam alter terrarum orbis dimicavere (Vell. 2, 85, 1).
- ⑳. Venatores in nive pernoctant; famem, sitim, frigus, vigiliam ferunt; cum apris, cum ursis aliisque indomitae feritatis animalibus de vita saepenumero decernunt ac dimicant (Mureti or. 15=v. 2, p. 138).
22. L. Tarquinius fratrem habuit Arruntem Tarquinium, mitis ingenii juvenem (Liv. 1, 46, 4).
- ㉑. Classem septuaginta navium Athenienses Miltiādi dederunt (Nep. 1, 7, 1).

753 (§§ 509, 498)

1. Eratosthēnes geometricā ratione collēgit, maximum terrae circuitum esse stadiorum ducentum quinquaginta duum milium (Censorin. 13, 2. Cf. Vitruv. 1, 6=p. 28 Nisard).
2. Non est magni animi, qui de alieno liberalis est, sed ille, qui, quod alteri donat, sibi detrahīt (Sen. Clem. 1, 20, 3).
3. Non sum tantae scientiae, quantae videor (Sen. Contr. 4, 5=p. 266, 15).
4. Dion et Heraclīdes omni ratione bellum comparare coeperunt, sed non multum proficiebant, quod multorum annorum tyrannis magnarum opum putabatur (Nep. 10, 5).
5. Is quidem nihili est, qui nihil amat. Quid ei homini opus vita est? (Pl. Persa 2, 1, 10=179).
- ⑥. *Tantae mōlis erat Romanam condere gentem* (V. Aen. 1, 33).
7. Bono imperatōri haud magni fortunā momenti est; mens ratioque dominatur (Liv. 22, 25, 14).
- ⑧. «Mulieres» omnes dicuntur, quaecumque sexūs feminini sunt (Digesta, 34, 2, 25).
- ⑨. *Omne epigramma sit instar apis : sit aculeus illi, sint suā mella, sit et corporis exigui* (Adespoton. King 3085).
10. Italiae cultores primi Aborigines fuere, quorum rex Saturnus tantae justitiae fuisse dicitur, ut neque quicquam privatae rei haberit, sed omnia communia et indivisa omnibus fuerint, veluti unum cunctis patrimonium esset (Justin. 43, 1).
11. *Dum licet, in rebus iucundis vive beatus, vive memor, quam sis aevi brevis* (Hor. Sat. 2, 6, 96).
- ⑫. Indiā tam pinguis est alicubi et tam feracis soli, ut in eo mella frondibus defluant, lanas silvae ferant (Mela 3, 7, 62).
13. Papirius Cursor invicti ad laborem corporis erat (Liv. 9, 16, 14).

GENETIVUS ПРИ ГЛАГОЛАХ

(§§ 510—517)

Genetivus objectivus

754 (§ 510)

1. Beneficium non est, cuius sine rubore meminisse non possum (Sen. Benef. 2, 8, 2).
- ② Tu nostri memento, nos nunquam obliviscemur tui (Carmina lat. epigraphica, Buecheler, № 179).
3. *Ipsē iubet mortis te meminisse deus* (Mart. 2, 59, 4).
- ④ Nemo felicitatis suae obliviscitur (Sen. Apocol. 5=p. 221, 29 Buecheler).
- ⑤ Obliti salutis meae, de vobis ac de vestris liberis cogitāte (Cic. Cat. 4, 1, 1).
6. Si nostri oblitus es, dabo op̄eram, ut istuc veniam (Cic. Fam. 7, 14, 1).
7. *Illic vivere vellem, Oblitusque meorum, oblitiscendus et illis* (Hor. Ep. 1, 11, 8).
8. Qui reipublicae praefuturi sunt, Platōnis praeceptum teneant. ut utilitatem civium sic tueantur, ut, quaecunque agunt, ad eam referant, oblitī commodorum suorum (Cic. Off. 1, 25, 85).
9. Vivorum meminī, nec tamen Epicuri licet oblivisci (Cic. Fin. 5, 1, 3).
- ⑩ Ipse Piso cum aliquo dolore flagitiorum suorum recordabitur (Cic. Pis. 6, 12).
- ⑪ Persaepe mihi solet in mentem venire illius temporis, quo proxime fuimus unā (Cic. Fam. 7, 3, 1).

Accusativus при глаголах *memini, obliviscor*

755 (§ 510)

1. Beneficia meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare, qui contulit (Cic. Lael. 20, 71).
2. Qui sunt boni cives, nisi qui patriae beneficia meminērunt? (Cic. Planc. 33, 80).
3. Quam ob rem ego te hoc, soror, tametsi es major, moneo, ut tuum meminēris officium (Pl. Stich. 41).
4. Stulti bonā praeteritā non meminērunt, praesentibus non fruuntur, futura modo exspectant, quae quia esse non possunt, conficiuntur et angōre et metu (Cic. Fin. 1, 18, 60).
5. *Meminerunt omnia amantes* (Ov. Her. 15, 43).
6. *Forsān et haec olim meminisse iuvabit* (V. Aen. 1, 203).
7. Memōrem immemorem facit, qui monet, quod memor meminit (Pl. Pseud. 4, 1, 29=940).

8. *Discit enim citius meminitque libentius illud, Quod quis deridet, quam quod probat et veneratur* (Hor. Ep. 2, 1, 262).
9. Tam bonae memoriae sum, ut frequenter nomen meum obliviscar (Petron. 66).
10. An vero oblitī estis, iudices, inimicorum Milōnis sermones et opiniones? (Cic. Mil. 23, 63).
11. Homines interdum res praeclarissimas obliviscuntur (Cic. Mil. 23, 63).
12. Nec tamen omnes possunt esse Scipiōnes aut Maximi, ut urbium expugnationes, ut pedestres navalesve pugnas, ut bella a se gesta, ut triumphos recordentur (Cic. Sen. 5, 13).

Genetivus criminis

756 (§ 512)

- ① L. Scipio et accusatus et damnatus est pecuniae, captae a rege (Liv. 38, 56, 8).
2. Thrasybūlus legem tulit, ne quis ante actarum rerum accusaretur neve multaretur (Nep. 8, 3, 2).
3. Qui alterum incūsat probri, eum ipsum se intueri oportet (Pl. Truc. 156 in Nisardi editione).
4. Cannensem quisquam exercitum fugae aut pavōris insimulare potest, ubi plus quinquaginta milia hominum ceciderunt? (Liv. 25, 6, 3).
- ⑤ Fannius Verrem insimulat avaritiae et audaciae (Cic. Verr. 1, 49, 128).
6. Si qui forte, quum se in luctu esse vellent, hilarius locuti sunt, revōcant se rursus ad maestitiam peccatique se insimulant, quod dolēre intermisērunt (Cic. Tusc. 3, 27, 64).
7. Qui alterum peccāti arguit, ipse a peccato debet aliēnus esse (Ambros. ap. Otto 25).
8. An non intellēgis, quales viros summī sceleris arguas? (Cic. Rab. Perd. 9, 26).
9. Haec duo levitatis et infirmitatis plerosque convincunt, — aut si in bonis rebus (amicum) contemnunt, aut in malis desērunt (Cic. Lael. 17, 64).
- ⑩ Tucciā, virgo Vestālis, incesti damnata est (Periocha Liv. 1, 20).
11. Homines, sceleris conjurationisque damnati, ad supplicium traditi, repente, multis mīlibus hominum inspectantibus, soluti sunt (Cic. Verr. 5, 5, 11).
- ⑫ Condemnemus haruspices aut stultitiae aut vanitatis (Cic. Div. 1, 19, 36).
13. Caesar, summae se iniquitatis condemnari debere, dicit, nisi militum vitam sua salute habeat cariorem (Caes. B. G. 7, 19, 5).
14. Ceteros non dubitabo primum inertiae condemnare, post etiam impudentiae (Cic. De or. 1, 38, 172).

15. Caelius iudex absolvit injuriarum eum, qui Lucilium poetam in scena nominatim laeserat (Auct. ad Herenn. 2, 13, 19).
 16. *Lupus arguebat vulpem jurti crimine* (Phaedr. 1, 10, 4).

Genetivus pretii

757 (§ 515a)

1. *Magis illā juvant, quae pluris ementur* (Juv. 11, 16).
 2. Emit homo cupidus et locuples tanti, quanti Pythius voluit (Cic. Off. 3, 14, 59).

758 (§ 515b)

1. Pluris nostram libertatem, quam tuam amicitiam aestimamus (Cic. Fam. 11, 3, 4).
 2. Ego pro Pompejo libenter emōri possum: facio pluris omnium hominum neminem (Cic. Att. 8, 2, 4).
 3. Ego semper pluris feci potioeremque habui libertatem multo, quam pecuniam (Naevius=Diehl p. 14).
 4. Dedi opēram, ut domino satisfacerem, cujus pluris erat unguis, quam tu totus es (Petron. 57).
 5. Nebūlo dictus est, ut ait Aelius Stilo, qui non pluris est, quam nebūlā, aut qui non facile perspici possit, qualis sit (Festus p. 162 Lindsay).
 6. Pluris est oculātus testis unus, quam aurīti decem (Pl. Truc. 2, 6, 8=489).
 7. Meā mihi conscientia pluris est, quam omnium sermo (Cic. Att. 12, 28, 2).
 8. Unum te pluris, quam omnes illos, puto (Cic. Att. 12, 21, 5).
 9. Nullā possessio, nullā vis auri et argenti pluris, quam virtus, aestimanda est (Cic. Parad. 6, 2, 48).
 10. *In rebus dubiis plurimi est audaciā* (Syr. 290).
 11. Deos quidem, quos maxime aequum est metuere, eos minimi facit (Pl. Pseud. 269).
 12. *Ubique tanti quisque, quantum habuit, fuit* (Poēta ap. Sen. Ep. 115, 14).
 13. Tanti esse exercitum, quanti imperatōrem, vere proditum est (Flor. 1, 34, 11).
 14. *Miraris vetēres, Vacerrā, solos,
 Nec laudas, nisi mortuos poētas.
 Ignoscas, petimus, Vacerrā: tanti
 Non est, ut placeam tibi, perire* (Mart. 8, 69).
 15. Quanti est aestimanda virtus, quae nec eripi, nec surripi potest unquam, neque naufragio nec incendio amittitur, nec vi tempestatum, nec temporum perturbatione mutatur! (Cic. Parad. 6, 3, 51).

16. Nili (=nihili) est autem, suum qui officium facere immemor est, nisi est admonitus (Pl. Pseud. 1104).
 17. *Vivamus, meā Lesbiā, atque amemus,
 Rumoresque senum severiorum
 Omnes unius aestimemus assis* (Catull. 5, 1).

Genetivus при interest

759 (§ 517)

1. Plus interfuit reipublicae, castellum capi Ligūrum, quam bene defendi causam Manii Curii (Cic. Brut. 73, 258).
 2. Te intellegere, scio, quanti reipublicae intersit, omnes copias in unum locum convenire (Cic. Att. 8, 6, 2).
 3. Ostendam, quantum salutis commūnis intersit, duos consules in republica esse (Cic. Mur. 2, 4).
 4. Caesar Divitiācum docet, quanto opere reipublicae communisque salutis intersit, manūs hostium distineri, ne cum tanta multitudine uno tempore confligendum sit (Caes. B. G. 2, 5, 2).
 5. Civitatum hoc multarum in Graecia interfuit antiquum vocum conservare modum (Cic. Leg. 2, 15, 38).
 6. Utriusque nostrum magni interest, ut te videam ante, quam discēdas (Cic. Fam. 3, 5, 4).
 7. Munuscūlum meum esse quam fructuosissimum, non illius magis interest, qui accepit, quam meā, qui dedi (Plin. Ep. 6, 3).
 8. Magni interest meā, unā nos esse (Cic. Att. 13, 4, 2).
 9. Nostrā interest scire, quae eventura sunt (Cic. Div. 2, 51, 105).
 10. Vestrā (judices) hoc maxime interest, non ex levitate testium causas honestorum hominum ponderari (Cic. Sulla 28, 79).
 11. Epistolae inventae sunt, ut certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire aut nostrā, aut ipsorum interesset (Cic. Fam. 2, 4, 1).
 12. Haud parvi refert ad hilaritatem convivii, quo quisque loco se deat (Erasm. v. 2, p. 76).

GENETIVUS ПРИ ПРИЛАГАТЕЛЬНЫХ

Genetivus possessivus

760 (§ 518)

1. Mortem quidem omnibus natura proposuit; crudelitatem mortis et dedecus virtus propulsare solet, quae propria est Romani generis et seminis (Cic. Phil. 4, 5, 13).
 2. Hominis est propria veri inquisitio atque investigatio (Cic. Off. 1, 4, 13).

3. Et delinquere humanum est, et hominis maxime proprium ignoscere (Fronto, Ad. L. Ver. Aug. 5, 11).
4. Mala facinora conscientiam flagellantur, proprium est nocentium trepidare (Sen. Ep. 97, 15).
5. Viri propria maxime est fortitudo, cujus munera duo sunt maxima. — mortis dolorisque contemptio (Cic. Tusc. 2, 18, 43).
6. Proprium humani ingenii est odisse, quem laesis (Tac. Agr. 42).
7. Hoc proprium est animi bene constituti, — et laetari bonis rebus, et dolere contrariis (Cic. Lael. 13, 47).
8. Omnis benignitas propere, et proprium est libenter facientis cito facere; qui tarde et diem de die extrahens profuit, non ex animo fecit (Sen. Benef. 2, 5, 4).
9. Nunc te patria, quae communis est omnium nostrum parens, odit ac metuit (Cic. Cat. 1, 7, 17).
10. Vitium commune omnium est, quod nimium ad rem in senecta attenti sumus (Ter. Ad. 953).
11. Conficior maerore, mea Terentia, nec meae me miseriae magis excruciant, quam tuae vestraeque. Ego autem hoc miserior sum, quam tu, quae es miserrima, quod ipsa calamitas communis est utriusque nostrum sed culpa mea propria est (Cic. Fam. 14, 3, 1).
- ⑫ Amicorum sunt communia omnia (Cic. Off. 1, 16, 51).
13. Nihil prohibet, quum omnia amicis dicamus esse communia, aliquid amico donari (Sen. Benef. 7, 12, 1).
- ⑬ Terram communis mater omnium mortalium est (Liv. 1, 56, 12).

Genetivus objectivus

761 (§ 519)

1. Sum avidior etiam, quam satis est, gloriae (Cic. Fam. 9, 14, 2).
2. Humanum genus est avidum nimis auricularum (Lucret. 4, 592).
3. Hominum natura novitatis ac peregrinationis avida est (Plin. N. H. 17, 12, 66).
4. Gloriae te esse avidissimum, non negabis (Cic. Marc. 8, 26).
5. Negavit, se triumphum cupidum unquam fuisse (Cic. Pis. 24, 561).
6. Ceteri propter liberos pecuniae cupidiores esse solent (Cic. Cluent. 9, 28).
7. Mihi sum conscius, nunquam me nimis vitae cupidum fuisse (Cic. Tusc. 2, 4, 10).
8. Imbecillis (quo in numero magna pars urbanorum omnesque paene cupidi litterarum sunt) observatio major necessaria est (Cels. 1, 2=p. 14, 1).
9. Scilicet est cupidus studiorum quisque suorum, Tempus et assuetam ponere in arte iuvat (Ov. Pont. 1, 5, 35).
10. Delectat enim, inquit Cicero, quidquid est admirabile (Cic. Part.

- orat. c. 6). Poetae autem et mira quaedam narrant et ea miro modo eloquuntur. Jam omnes homines natura cupidi sunt scientiae, et admiratio stimulus quidam est ad sapientiam et scientiam (Mureti or. 11=v. 2, p. 98).
11. Catonem constat litterarum Graecarum perstudiosum fuisse in senectute (Cic. Sen. 1, 3).

762 (§ 519)

1. Constat inter omnes, neminem te uno juris peritorem esse (Cic. Fam. 7, 16, 3).
2. Pedites sine intermissione—imbribus vel nivibus sub tecto, reliquis diebus exerceri in campo, voluerunt rei militaris periti (Veget. 3, 2).
3. Tener adhuc et nullius rei gnarus obstupuisti inter ignota (Sen. Ep. 102, 26).
4. Mihi nullius noxae conscius sum (Liv. 3, 67, 1).
5. *Di tibi, si qua pios respectant numina, si quid Usquam iustitia est et mens sibi conscia recti, Praemia digna ferant!* (V. Aen. 1, 603).
6. Est enim sine dubio domus juris consulti totius oraculum civitatis (Cic. De or. 1, 45, 200).
7. *Parvula (nam exemplo est) magni formicae laboris Ore trahit, quodcunque potest, atque addit acervo, Quem struit, haud ignara ac non incauta futuri* (Hor. Sat. 1, 1, 33).
8. *Non ignara mali, miseris succurrere disco* (V. Aen. 1, 630).
9. Plerisque ignaris etiam puerilium litterarum libri non studiorum instrumenta, sed cenationum ornamenta sunt (Sen. Tranq. 9, 5).
10. *Tu quoque, ut hic video, non es ignarus amorum. Id—commune malum; semel insanivimus omnes* (Spagnuoli = Mantuanus. Ecl. 1, 217 = Hb. 262, K. 963).
11. *O socii,—neque enim ignari sumus ante malorum,— O passi graviores, dabit deus his quoque finem* (V. Aen. 1, 198).
12. «Sus Minervam» in proverbio est, ubi quis id docet alterum, cujus ipse inscius est (Festus, p. 408 Lindsay).
13. *Nescia mens hominum fati sortisque futurae* (V. Aen. 10, 501).
14. *Non est dea nescia nostri, Quae dulcem curis miscet amaritiam* (Catull. 68, 17).

763 (§ 519)

1. *Vive memor leti, fugit hora* (Pers. 5, 153).
2. Senatus consultum his verbis censeo percribendum: M. Lepidi in rempublicam meritorum senatum populumque Romanum memorem fore (Cic. Phil. 5, 15, 41).